

B. 378.

V.

DE BIBLIOTHECIS ET MVSEIS
ERFORDIENSIBVS.

PRAECIPVE

DE REV. MINISTERII AVG. CONF.
BIBLIOTHECA.

PARTICVL A II.

QVA

AD EXAMEN VERNUM
D. XX. XXI. XXII. APRILIS CLOCCCI.
IN GYMNASIO SENATORIO HABENDVM
INVITAT

ET

SYMBOLAS IN BIBLIOTHECAM
ET MVSEVM GYMNASII

PER SEMESTRE PRAETERITVM NONVM A BENE-
VOLENTIBVS COLLATAS RECENSET

GYMNASII DIRECTOR

M. IO. IOACH. BELLERMANN,

THEOL. P. P. O., PHIL. P. P. E., ACAD. EL. MOG. SCIENT. VTL. SOCIVS
ET AB EPISTOLIS, SOCIETAT. LATINAIE IENENS., OECON. LIPSIENS.
MINERAL. IENENS., PATRIOT. WESTPHAL. ET NAT. CYRIOSOR.
BROCKHVS - WESTPHAL. SODALIS.

— 8 —

ERFORDIAE,

TYP. IOAN. CHRIST. GOERLING, ACAD. TYPogr.

Filum in nupero programmate abruptum, ambagibus missis,
iam annexurus, quae de primi codicis manuscripti hebraici
aetate et ratione literaria adhuc mihi dicenda videntur, afferam.

In latere paginae dictae sinistro, vbi codicis Punctator *Simson Menminon* de se suoque opere lectori rationem reddit, verba
sequentia, septem lineis exarata, leguntur:

זה הספר סימתי : נקדתי גם מסרתי : יומן ה' פר' שמיני :
בעור השם אדרי : בז' ימים לחודש ואדר : בעור נורא
ונאדר : בק' לפרט : ספר זה נחרט : לירושי הנר' שלום :
ברצון שר השלום : אלהים חי וקיים : שבידך יהוה
קיימים : ולבניהם אחריהם : לזרות דורותיהם : ימ' ג' ג' ג'
להם לעולם : עד שיעלה חמור בסולם : בארכע רגילים :
ולא בשתי ידיים : אכן אמן אמן סלן

Quae si secundum verba vertas, sic se habent: „Codicem
„hunc absoluui, punctis instruxi, etiam Masoram adposui, die
„quinto Paraschae Schmini (1) cum auxilio Dei Domini, die
„vigesimo quarto mensis Veadar (2) cum auxilio Venerandi et
„Gloriosi, anno 103 aerae minoris (3). Codex hic exaratus est
„pro heredibus clarissimi Rabbi Schalomi (4), secundum volun-
„tatem principis pacis, Dei nostri viui et immortalis, ut in manu
„illorum sit perpetuus, et pro filiis eorum posteris in secula
„seculorum. (Codex hic) relinquatur (5) illis in aeternum,
„vsque dum ascendat asinus in scala quatuor pedibus, non
„autem duabus manibus (6). Amen, Amen, Amen! Selah!“

1) Die quinto Paraschae Schmini, i. e. die quinto post Sab-
batum, quo Parascha s. sectio Schmini in synagoga legitur; haec
vero

vero Pentateuchi sectio Schmini dicitur, quia incipit „Vajhi bajom hasch' Schnini, quae est vigesima sexta in libris Mosis, et Leuitici cap. 9, 1. ad c. 11, 47. comprehendit.

2) *Die vigesimo quarto mensis Veadar.* Punctator dupli modo diem, quo vocales et masoram absoluunt, definit, nimirum et secundum septimanarum et mensium computum, s. secundum ecclesiasticam et politicam chronologiam. Septimana enim 26ta illius anni, vel potius septimana, qua Parascha 26ta legebatur, in mensem Veadar (i. e. mensem intercalarem s. embolisticum, ordine septimum) incidit.

3) *Anno 103 aerae minoris.* $\text{א' ק' = } 100 + 3$, i. e. 5103 aerae maioris, s. 1343 aerae christiana. V. Progr. praeced. p. 4.

4) Quisnam fuerit ille *celeberrimus Rabbi Schalom*, ob nomen patris omissum aegre erui poterit; quanquam multos Iudeorum scriptores, qui hoc nomine inclaruerunt, in Wolfsii bibliotheca hebr. videre licet. Ex verborum lusus studio Iudeis solenni, Deus dicitur Princeps pacis, Sar hasch' Schalom; quam ob rem nomen proprium possessoris non Schallum, ut I. H. Michaelis et M. F. Beckius voluerunt, sed Schalom cum Wolfio 1. c. pronuntiandum puto. Compendium scribendi הַנְּרָא est, vel honoratus Rabbi, vel חַנְצֵלָה excellens, vel הנְגִיד חַפְכָּבָר רבִי princeps, vel הנְדִיב munificus.

5) *Relinquuntur,* נְשָׁמָה , tres huius verbi consonantes efficiunt numerum 103, $\text{נ} = 10 + \text{ש} = 10 + \text{מ} = 3$, quem literarum lusum Punctator ipse impositis coronamentis sic dictis significauit.

6) *Donec ascendat* et cet. Proverbiali hac rabbinica locutione quodlibet, quod fieri nequit, indicatur, quae locutio sententiosa etiam in fine codicis Regiomontani occurrit. V. Eichhornii Repertor. f. b. u. m. Lit. Tom. XVI. p. 5. Aliud simile et tritum proverbium rabbinicum est: אֲסֵם יַעַלְהָ חָמֹר בְּסֶלֶם תְּמִצָּא דַעַד בְּגַשִּׁים i. e. „Si ascenderit asinus per scalam, inueniet scientia in mulieribus.“ V. Buxtorfi lex rabb. in voce חָמֹר p. 788. Asinus vero duabus manibus, vulgo bipes, est homo stolidus. Ceterum septem manuscripti lineae duo de viginti

exitus verborum similes, s. versus nouem offerunt, quos Scriba punctis interpositis notauit.

A Scriba Barucho, Serachi filio et a Punctatore Simsoне Menminone differt criticus Censor, nomine Brutmark, qui, praedecessoribus passim sub examen vocatis, observationes suas criticas in margine exhibuit. Ad vocem הַקְלָה Habbac. 1, 15. adiecit: וְאַנִי הַמְנַקֵּר בְּרוֹטְמָרָק מצָא חֶטֶף דַעַת i. e. „Etiam ego „Censor criticus Brutmark inueni Chatephpathach sub Ajin.“ Exod. 25, 19. „facies“ correxit hic glossematicus in חָשָׁן „facietis“ contra sententiam Scribæ et Punctatoris in margine adponendo כל הנוחות העשו ממנה כתבי מטה i. e. quicunque scribit „facies“ corrumpit scripta Mosis. Iud. 11, 37. Scriba et Punctator habent אל החריּס Criticus vero lectione אל non contentus mutauit illam in ל, in margine afferens: כִּנְחָא מִנְחָה הַמְסָרֶה הַנּוֹתֵב אֶל תֻּוְתָּה i. e. ita legendum est secundum Masoram, quicunque autem scribit אל, errat. Eadem castigatione vsus est 1 Sam. 28, 23. אל המטה quam lectionem in ל correxit, et sic porro.

Quonam tempore hic Criticus strenuus vixerit, non indicatum est; cum autem Simson Menminon sex tantum annos ante, quam hic codex in dira Iudeorum persecutioне a. 1349. destructioni a Christianis eriperetur, puncta et Masoram finiuit, spatio annorum 1343 – 1349 Brutmarkum glossemata sua adposuisse credo. — Libri Bibliorum singuli sequuntur ordinem thalmudicum sic dictum, ita ut liber Ruth praecedat Psalmos, Iobum, Proverbia, Ecclesiasten et Threnos.

Superest, ut ea, quae de hoc codice hucusque scripta et acta sunt, breuibus adiiciam. Codicis huius variantes lectiones ter collatae sunt, nimirum ab Io. Henr. Michaelis, a Paulo Iac.

Brunn

*Bruns et a Christi. Guil. Diederichs; aliorum tentamina e. g.
Christi. Henr. Vogelii et Car. Fr. Bahrdtii nil nisi consilia et
proposita mansere.*

1) *Io. Henr. Michaelis*, Prof. Halensis, cum editionem
Bibliorum hebr. egregiam sub initio huius seculi adornaret, ma-
nuscriptos codices hebraicos Erfordienses quinque commodatos,
anno 1702 Halam missos, accepit. (Quinto codice postea Ele-
ctori Moguntino a Senatu et Ministerio Aug. Conf. dono dato,
et in Bibliothecam, quantum scimus, Schoenbornianam Gayba-
cum translato, quatuor tantum hodie hic seruantur.) Lectio-
num varietas in his codicibus obvia tunc temporis, proh dolor!
nec plene, nec satis accurate collecta est; nec mirum, quia b.
Michaelis cum duodecim commilitonibus exemplaria viginti qua-
tuor Bibliorum intra quindecim menses excussit, et non tantum
eorum consonantes, sed et omnes vocales, accentus et reliquias
minutias variantes respicere voluit. In Bibliis 1720, 8 maj. Ha-
iae editis, codex noster est *Manuscriptum Erfurtense* primum.
Vid. I. D. Michaelis orient. Bibl. P. I. p. 207 sq.

2) *Paul. Iac. Bruns*, Consil. aulae et Prof. Helmstad, celeb.
cum rogatu et mandato Benj. Kennicotti 1770—1772 iter per
totam Germaniam, Galliam, Italianam, Heluetiam et Belgium
faceret, et vbique codicum hebraicorum selectos locos inspic-
ret, Erfordienses quoque sub examen vocauit. Ex hac compa-
ratione codicum originalium cum lectionis varietate in I. H. Mi-
chaelis Bibliis impressa id ortum est, quod operi splendidissimo
Kennicotiano ex nostris codicibus insertum legitur. Collatio-
nem Brunsianam accuratissime esse institutam nemo inficias ibit,
rei tamen guarus concedet, hanc codicum inspectionem tantum
passim s. selectis locis esse factam; ideoque etiam postea optan-
dum erat, vt hi codices plenum examen, ab initio ad finem in-
stituendum, subirent. Conf. „Kennicotti dissert général.“ Vet.
Test. annexa, p. 66. §. 156. Eichhornii Repertor. P. XIII. p. 200sq.

3) *Christian. Guil. Diederichs*, Prof. Regiomontanus dena-
tus, duobus fere annis 1772—1773. hic commoratus, hunc et
tres reliquos codices summa cum diligentia consultuit, eosque a

capite ad calcem contulit, obseruationes vero ipsius, praeter paucas dein nominandas, nondum typis exscriptae sunt. Ipsi quidem omnem variantium thesaurum iunctim edendi animus fuit, praematura vero morte 1781 abreptus voto suo potiri non potuit. Defuncti Diederici pater, Consiliarius Pyrmontanus, qui ex optato *Casp. Fr. Lossii*, ad aed. Praedicator. Diaconi et Bibliothecarii meritissimi, collationes tertii et quarti codicis, duobus abhinc annis, Bibliothecae ministerii liberaliter dono misit, nostro Lossio scripsit, se nescire, quorsum collationes primi et secundi codicis venerint. Nuntio hoc tristi comperto mollui peccus precibus: utinam haec duo variantium lectionum volumina, vbitunque sint, religiose seruentur! Atque haec ipsa est res: nam collationes has, quas apud Diedericum crebro in manu habui, in Bibliotheca Goettingensi pecunia comparatas asseruari, ex cel. Tychsenio, Prof. et ornameinto Goettingensi audio.

Iam denique auctorum, qui de hoc codice egerunt, aut ex eo aliquid delibarunt, aut iudicium de eo tulerunt, scripta huc spectantia nominabo:

1) „Paraphrasis chaldaica primi libri Chronicorum hactenus inedita et multum desiderata, nunc vero e codice Msptō antiquo membranaceo Bibliothecae rev. minist. Erford. Aug. Conf. exscripta et publici iuris primum facta, cura atque opera *Matthiae Friderici Beckii*, Conf. et ecclesiae Augustanae ministri. Augustae Vindel. 1680. 4. pag. 299.“ Beckius non tantum textum chaldaicum nitide typis exscribi curauit, sed et versionem lati-
nam et notas philologico-exegeticas adiecit.

2) „Dissertatio philologico-critica de codicibus MSS. bibli-
co-hebraicis, maxime Erfurtenisibus, Praeside *J. H. Michaelis*
pro privilegiis Magistri Philos. et Art. rite impetrantis, placido
eruditorum examini sistit *Abraham Kall*, Flensburgo-Cimber.
Halae Magdeb. 1706. 4. 36 pag.“ Kallius, cui Michaelis opem
tulit, codices erudite descripsit.

3) *Io. Henr. Michaelis* in praefatione editioni suae Biblior.
hebr. praefixa, a. 1720 edita, per pauca pag. 3. de codd. his at-
tulit, et lectores ad dictam dissertationem Kallianam alegauit.

4) *Io. David Michaelis* varia de his codicibus notavit in sua „Orientalische Bibliothek“, Thl I. p. 211 sqq. Thl III. p. 208 seq. Thl VI. p. 238. Thl IX. pag. 20. Thl. XVIII. p. 63.

5) „*I. Cbr. Guil. Diederichs* specimen variantium lectionum codicum hebr. MSS. Erfurtensum in Psalmis. Göttingae 1775. 4. 38 pag.“ quo in specimine auctor 200 variantes et majoris et minoris momenti lectiones in Psalmis obvias, exhibuit, et „Additamentum lectionum quarumdam in Iob“ in calce subjicit.

6) *Benj. Kennicott*, seu potius cel. *P. I. Bruns*, qui hujus codicis et multorum exterorum breves descriptiones et iudicia de iisdem, Kennicotto ministravit, in „Dissertatione generali“ editioni Vet. Test. hebr. (Tom. II. Oxonii 1780 fol. maj.) annexa, de nostro codice p. 85. affirmat: „Celebrinus hic codex Erfurtensum primus pro certo inter optimos numerandus est, „neq; inferiores meretur laudes haec chaldaica paraphrasis, quae egregias habet „variations.“

Apud Kennicottum et apud de Rossi noster codex est 160 mus. In „Catalogo codd. manuscriptor. hebr. cum aetatibus“, operi Kennicottiano p. 110 annexo, hujus codicis aetatem speciatim indicatam non invenimus, tantummodo annus, quo Punctator vocales, accentus et duplarem Masoram signare absolutus, 1343, adpositus est. Punctatorem vero sequiori aetate vocales textui adjunxisse, extra omnem dubitationis aleam positum est, quia plura folia non punctata adhuc supersunt, quae Consonantium scriba ob mendum commissum bis exaraverat. Hinc non erratum iri putamus, si nostrum codicem versus finem seculi decimi tertii, fortassis aliquod tempus antea scriptum fuisse, et jam annum quingentesimum et quod excurrit agere affirmemus.

Dum more consueto incrementum, quod praeteriti semestris spatio expertum est Gymnasium, paucis hic significamus, omnibus, studiorum patriorum et domesticorum amantibus, qui benigne Museo et Bibliothecae fecerunt, gratias habemus quantas maximas animi nostri concipere possunt.

Herr J. A. W. Büchner, kön. dän. Justizrath, Med. Doct. und Physicus zu Bergen in Norwegen, (viert. Beitr.): eine Kiste mit 90 Bänden an Büchern, 36 Münzen, 4 Stück Seegewächsen und 5 anderen Merkwürdigkeiten. Unter den Büchern befindet sich Diogenes Laertius, gr. et lat.; Xenophon de Cyri institutione, gr. Lond. ed. Hulchini Statius, Lugd. Bat.; Martialis, Amst.; Vegetius et al. script. de re milit.; Ciceron. ep. ad fam. Amst.; Catulli, Tibulli et Propertii opera, Lond.; Norisii commentarii romanar.; Thormo de Torfaei Grönlandia antiqua; Jonas Rami Norvegia antiqua; Dapper exoticus curiosus; Gürtler origines mundi; Der deutsche Euklid; Köhlers Münzbelustigungen, 6 Bde; Burnets Reise durch die Schweiz; Merklins Thierbuch; Hagedoins Werke 3 Bde; Hallers Schweizergedichte; Tassoni pensieri diversi, Vener. &c. Unter den Münzen befinden sich mehrere alte seltene dänische, norwegische, schwedische und holsteinische; desgl. ein hebräischer Silberseckel, eine päpstl. Münze von Innocent. XI., die 2 silbernen Denkmünzen auf die Hinrichtung Ludw. XVI. und der Königin

zigin von Frankr. von Loos, u. s. w. Die Seegewächse sind ein schöner Korallenbaum mit Madreporen; ein vegetabilisches Seegew. mit unzähligen Polypenhäusern und einem Medusenhaupte; ein Schwammmartiges Seegewächs, und einige Korallen. Die diversen Merkwürdigkeiten sind: dichtes Nelkenbaumholz, Schifferpässe aus Messina, Barcellona und Amerika u dergl. mehr. Herr Prof. Salzmann in Schnepfenthal (vier. Beitr.) eine schöne Sammlung von 54 Stück geschliffenen und polirten Marmor-Porphyr- und Granit-Arten, welche in der Marmorfabrik zu St. Georgen bei Baireuth verarbeitet werden. — Herr D. J. J. Bernhardi hat nicht allein das Mineralienkabinet nach Karsten systematisch geordnet, sondern auch 18 Stück in der Sammlung fehlende Fossilien-Arten demselben verehrt, als: Spinell, Hyacinth, Leucit, Lepidolith u. s. w. desgl. drei Korallenengewächse. — Herr D. H. Schörch, (dritt. Beitr.) sechs Stück Münzen. — Herr Graf Fried. v. Beust (zweit. Beitr.) Dessen sächs. Provinzialblätter, Jahrg. 1800. — Herr Synd. D. Schörch (dritt. Beitr.) eine dänische Silbermünze. — Herr Apotheker Bucholz, (zweit. Beitr.) einen alten böhmischen Silber-Groschen von Wencesl. II. — Gymnas. Kummer: (zweit. Beitr.) eine Schweizerische Silber-Münze und eine kupf. Medaille. — Herr J. B. B. vier Stück Mineralien, als Asbest, Steatit, angeschliffenen Schalenkalk und Bergkristall. Dieses und alles übrige, was hier, wegen Mangel an Raum, einzeln nicht genannt werden kann, steht in dem Buche mit dem goldenen Titel: „Dem Andenken der Beförderer des Guten an dem Erfurtischen Rathsgymnasium gewidmet.“

His praemissis juvenes literis elegantioribus probe excultos et ad
subsellia academica publice promovendos indicamus, nimirum

ADOLPHVM CAROLVM GVILIELMVVM GRAEF, Erfordiensem,
qui tertio examinis die “*De eximia studiorum humaniorum utilitate,*” latine
declamabit, et

IUSTUM NAGEL, Erford. qui „*De Mythologia ad Medicinam spectante,*“
sub finem examinis latine perorabit, et, tubis clangentibus tympanisque
admirurantibus gratias, quibus debentur, acturus, suo, commilitonisque
similis promovendi nomine, vale dicet. Vterque probatissimis moribus
per omne quinquennium, quo nostras lectiones diligentissime frequenta-
vit, conspicuus, desiderium sui apud nos relinquit. Prior castra Theolo-
gorum, posterior Medicorum sequetur. Insuper sub examinis initium ala-
nus optima spei

IO. GEORG. SCHÄER, Erford. orationem itidem a se compo-
tam latinam „*De iuvenum romanorum studiis artibusque a viris nobilibus re-
publica florente vel magni vel parvi habitis*“ habebit.

Quos ad actus solemnes *Viros Magnificos, Patronos amplissimos, Epho-
ros venerandos et omnes studii scholastici amicos humanissime invitamus.* Db.
d. XVIII. Aprilis CCCCCCI

Aa 555

40



VD18

ULB Halle
005 126 69X

3



M. C.



DE BIBLI
EP

SEIS

DE REV. M.
B.

CONF.

AD EX
D. XX
IN GYMNAS

JVM

SYMBOL
ET
PER SEMESTR
VOLENTE

DVM

M. IO. IO.
THEOL. P. P. O., PHIL.
ET AB EPISTOLIS, S.
MINERAL, LENENS
BRO

AM

BENE-

NN,
CIL. SOCIVS
LIPSIENS.
RIOSOR.

TYP. IOAN. C.

PROGR.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

